generalem.[86] Quo iterum titulo postea mutato fecit eundem denuo ipsius Coloniensis ecclesie[m] administratorem,[87] et hoc rerum ordine status Coloniensis ecclesie post obitum quondam domini Wilhelmi archiepiscopi[n] multis adversitatibus agitatus nunc denuo sue diuturne vacacionis tempore sub varietate dubii et incerti regiminis ad modum febricitantis absque cretica[o] crebro recidivantis sue desolacionis apud alienos solacia mendicabat. Inter hec autem prefato domino archiepiscopo Treverensi Coloniensem ecclesiam post obitum domini Engelberti iuxta ordinacionem sedis apostolice taliter administrante res ipsius ecclesie Coloniensis sibi auxiliante domino satis prospere successerunt. Nam cum quidam nobiles contracta valida manu fines Coloniensis ecclesie subito et ex improviso hostiliter invasissent, officiati et satellites ~~ipsius~~ eiusdem Treverensis archiepiscopi[r] in confinio et districtu opidi de Lechenich cum ipsis confligentes felicem

Die Jovis 25. mensis octobris hoc tempore Godefridus comes in Arnsberg, quia eius progenitores a seculo semper fuerunt ecclesie Coloniensi damnabiliter infesti, Chr. quor.
carens heredibus liberis comitatum suum predictum totaliter transtulit in ecclesiam Coloniensem.

Et postmodum anno domini 1370 idem papa Urbanus V. ipsam ecclesiam Coloniensem dedit VI. kal. april. pontificatus sui mart. 27.
anno VIII. Rome eidem Cononi in commendam ad duos annos, et post ad sedis apostolice beneplacitum tenendam, super quo litere fuerunt ibidem clero existente ex causis predictis publicate, et literis paritum fuit, die 14. mensis iunii. Deinde anno domini 1370 idem dominus papa rediens de Roma Remigii[p] ad Avinionem ibidem domino Friderico de ecclesia Coloniensi providit die Bricii[q]. Eodem tempore clerus et cives nov. 13.
Colonienses super dissensionibus inter eos habitis fuerunt compositi, sic quod clerus intravit civitatem in pace. Deinde anno domini 1371 veniente domino Friderico Coloniensi archiepiscopo predicto Gudesberg Coloniensis diocesis litere ~~sue~~ fuerunt in capi-

n) Col. arch. 4.4'.4''.

m) eccl. deest 2. adm. ips. eccl. Col. 4.4'.4''. o) ita conieci; codd. plerique a spe cretica. treata 1. credita 6'. p) ita cod. remigio? q) Brixii 7. r) episcopi 2.

[86] Vicarium generalem se vocat Cono 1369 sept. 23 (Seibertz p. 554) – 1370 mai. 10 (ibid. p. 579). Praeterea in dipl. librarii manu ut videtur depravato, dato 1368, vicarium se ipse appellat (ib. p. 519).

[87] Denuo administratoris titulo uti videtur Cono in dipl. dat. 1370 sept. 28; v. Spilcker Beitr. z. aelt. deutsch. Gesch. III, 352. Hoc quidem pro certo constat, eum post Friderici III. nominationem (1370 nov. 13) administrationis munere per longius tempus esse functum; v. dipll. ap. Seibertz Urk. II, 586, Ennen Quellen IV, p. 614, Spilcker Beitr. III, 356.